

Buonavita, Antonio. Hieremiæ lamentationes magnam . . . partim quatuor partim quinque et ijs paribus vocibus . . . Venezia, eredi di Girolamo Scotto. 1600. RISM B4947.

Title:

HIEREMIAE LAMENTATIONES
*Magnam in omnium animis Pietatem, & Religionem
 in Deum excitantes: Tribus Sacro Sanctæ Hebdo
 madæ diebus partim quatuor partim Quinque
 & ijs paribus vocibus per quam flebiliter
 decantandæ.
 AVCTORE
 ANTONIO BONAVITA
 IN MAIORI PISARVM ECCLESIA
 Organis canente & Musicorum Moderatore.
 Nunc primum in lucem editæ.
 [Printer's mark]
 VENETIIS, Apud Hæredem Hieronymi Scoti MD C.*

Dedication:

ILLVSTRISS^{MO} AC REVEREN^{MO} | CAROLO ANTONIO PVTEO | ARCHIEPISCOPO
 PISANO | Domino Colendissimo. | *Antonius Bonauta perennem fælicitatem deprecatur.* |

INCENDIVM illud quo magnificum, atque præclarum Pisanum templū VIII. Kal. Nouemb. M.DXCVI. eiusdem ciuitatis more, nōtu anltequam luteret quinque horas totum conflagravit, nemo sine lacrymis | vlulantiq; voce, nemo sine dolore, sine suspirio aspicere potuit. Quis | enim tām fuisset illo tempore durus, & ferreus, qui, oculis cernēs plumbœ lamina, quibus sacra hæc domus vndiq; tegebatur, liquata hinc inlde fluere; magnifica, & aurata tēcta omni ex parte labare, atque cōcidere: sola marmorea mira arte, ac varietate cōposita labefactari: epistylia, columnas, bases | confringi: organa dulcissima, & omnib. facile præferenda liquari: sacras imagines igne | consumi: statuas dirumpi: altaria religiosissima prosternari, & demum omnia Pisani templi ornamenta acerbissimo, immanique ardore exusta, & conflagrata corruere, non cōmolueretur, conturbareturve animo? Quis fuit, quin dolore, ac lacrymis pene conficeretur? | Hinc non secus atque Apes interdiu bombisantes alueare, sic templum huiusmodi & vi-lri, & mulieres turmatim nocte illa magnitudine doloris eiulantes circumuolabāt. Scalas, | ferramenta, vētes, machinas, & id genus multa ferebāt. Labores omens exantlabāt, quo | voraci ex flamma sacra, quotquot possent, eriperent. Quamobrem multorū industria Cle-licorum, (quibus cum operæ, ac laboris non parum & ipse gemens consumpsit) opē tamē, | auxiliumque non mediocre ferente ciuitate, plebeque; Sanctissimo conseruato Sacramen-lto, id quod præpotenti Deo acceptum referamus necesse est, Deiparæ semper Virginis ex | igne religiosissima illa erepta imagine: reliquijs Sanctorum integris e media flāma expor-ltatis: aurea argenteaque omni supellec̄tili ab incendio vindicata, & tandem sacrī vestib. | quibus altaria, & viri diuino cultui mancipati religiose ornātur, vix in tuto collocatis, quē-

Iadmodum Apes illas fumus, sic nos etiam fumus fugauit, & ignis. Qui breui tēporis cur-
 lriculo, non sine magno plangore, & lamentatione perspeximus, tātum potuisse ignem
 vrēldo destruere, quantum Antiquiores Pisanos longo tempore construendo eleganter,
 splenldideque ornare, Cæterum consumptis lacrymis ita infixus animo hærebatur dolor, vt
 neq; l minui, neque moliri posse videretur. Quando tu Reuerendissime atque inuiētissime
 Præ-lſul, qui eo, semper spēctaſti, vt prodeſſe magis, quam p̄eſſe dignoſcerere, Pisā illico
 ad-luolaſti. Vbi excelſi, atque inuiēti animi magnitudine ea, qua non posſe ferre mala
 pergrālde nunquam non putasti malum, cum, præter multa, atque magna, quæ vt vlt̄rō
 ſpōpondi-lſti, ita re ipſa prætaſti, clare, dilucideque patefeceris, fortis animi, & constantis
 eſſe acer-lba ita ferre, vt nihil à ſtatu, & dignitate naturæ diſcedas, curam, & angorem
 mērentiū po-lpulorum fermone, & confilio adeo leuaſti tuo, vt dolores ferè ſepelierimus
 omnes, in ſpē l que maximam, quæ hominem in miferijs valde conſolatur, venerimus, non
 modo templū l refarcitum iri, ſed etiam, vt videre eſt, longè maiori tum ſplendore, tum
 magnificētia brelui tempore exornandum fore. Id quod pro certo nobis pollicebatur, quòd
 Sereniflmi Ferldinandi Medices principis Nostri Potentiflmi, necnon tuum in hoc opere
 & auxilium, & l confiſium abunde eſſet acceſſurum. Ego itaque, qui nunquam existimauſi
 in otio quēquā l marceſcere oportere, dum reliqui omnes laboris plurimum ſuſtinere
 cernerentur, cum l nauibus, quod aiunt, atq; quadrigis tot homines eniti perſpexerim, vt
 facra haec, venusta, l & cōcina domus, antiquo olim opere, ſummaque arte p̄fēcta,
 accuratiffima reficeretur l diligentia, cumque viderim vlt̄rō Deum plurima ſuppeditantem:
 Principem, & te paſto-lrem ambabus manibus elargientes, abſque Theſeo enim hoc fieri
 nequibat, ciues concuſſantes pecuniam, columnas, marmora, tigna, & eiusdem generis
 multa quærant, archiltectos, & fabros ſpiras columnis ſubditas, ſcapos, & epiftylia
 reponentes, innumeros præltereſa alios varia lignorum, ac lapidum genera curru vehentes,
 ne ſolus otio torperē, haſce l meas lucubrationes ſum aggressus: Sinopēſem illum
 Diogenem fecutus, qui dum Corinlhios Philippi Macedonis metu bellicis negocijs
 accintos, magnosque labores ſubeunteſ l contemplaretur, præcinxit veſtem, & dolium id,
 quo uice domus vtebatur celeritate mul-lta inuertere cœpit, ac ſupra caput infraue rotauit,
 ne inter tot operatores in otio ſolus lāguescere videretur. Ad quod ſanē opus eo
 potiſſimum confilio animum adieci meum, quoniam nihil aut ad naturam illorum
 temporum, aut ad munus meum obeundum accōmo-ldatius eſſe videbā. Alienarum
 namque miferiarum recordatione, quas cū Ieremia ante l oculus mihi proponebā, &
 collacrymabā, proprio magis ac magis leuabar dolore. onus l cantorum moderandorū,
 quod cum onere organis canēdi iunētu in tua Eccleſia ſuſtineo, l id magnopere cum
 deſiderare, tū requirere ſentiebā. Quare operi tunc incepto vltimā tā-ldem ſuperaddidi
 manū. Optime aūt meis rationibus conſultum iri perſpicio, ſi haſce vigillias tuo clariffimo
 nomini inſcribā. Hoc.n.mihi ſomnū frequenter excutiebat, hoc me ſi-lne moleſtia vigilare
 non permittebat, & propterea valde angebar animo, quòd cū me nō ſolū in tua fide, &
 clientela eſſe volueris, ſed et & augendū, & exornandū ſuſceperis, tēpus l nācifi nō
 poſſem, in quo de tot, tātisque meritis in me tuis teſtimoniū dicerē. Sub tuo italque
 nomine propterea edendas curaui, vt oēs, ad quorū manus peruenire contigerit, tm [recte:
 tā] l me tibi debere intelligāt, quantū perſoluere nō perdifficile ſolū, ſed et licet vitā tua
 cauſa l profunderē, imposſibile fit. Preterquam quod ea, que in te vno taciti adeo ſuſpiciūt,
 admirlāturque oēs, vt quò clariffimorū virorū nomē peruenire nūquā potuit, ibi tuū
 altiffimis l defixū radicib. celeberrimū habeatur, et ſi tua in me beneficia nō extarēt, ad hoc

idē peralgendū vel inuitū me cōpellerēt. Nihil.n.humile, nihil caducū, nihil, quod cæteris cū hominib. comune fit, sed vñūquodq; magnificū, excelsum, immortalitate dignū, quid plura? di-luinissimū cōsilijs mētis agitare te videmus. Siquidē hoc semper agis, ut omnib. nominib. | apud oēs bene audias: cūc̄tos ueluti pater regas, atq; gubernes: meritis tibi amicos, & sub | ditos cōpares; in omni sermone affabilē te orantib. iucūdū, & placabilē præbeas, clemētia | & misericordia in delinquētes animaduertas, & demū grauitate, dignitate, doçtrina te ip-lsum, vel maximis, speçtatisq; viris admirādū exibeas. Iure itaq; tibi oīa mea debētur. Et | quāquā magnis magna debeātur, & hanc rem si perpendas nulla forte videbitur, tñ, pter-lquāquod si animū speçtaueris gratissimū dices, memini me legere Bertam illam Henrici | IIII. Imperatoris vxorē, multis florētē uirtutib. ex tenuissimo, ac vilissimo filo, quod rustilca sibi, & agrestis mulier hilari fronte fuerat elargita, tanta lætitia exultaſſe, adeoq; ſe ob-lleçtaſſe, ut muneris elegātiā, & rusticæ mulieris animū admirata, præfeçto iuſſerit ſuo ad | lares illius pficiſſi, & tot terræ iugera ex publico agro illi attribuere, quot filo honorario | in longitudinem explicato circundari poſſent, quòd quæ propria, & præciosa maxime halbuerat ipſa donaſſet. Ita hoc munuſculum eodem nomine tibi commendatiuſ eſſe uehe-lmenter cupio, ut præciosam, & propriā maxime oīum mearum poſſeſſionum. Quod ſi ni-lhil eſt in eo, neq; omnino in me, quod tuis laudibus, & meritis respondere ualeat, tamē fa-ltis mihi ſemper ſuperque erit, ſi hunc meum laborem tibi non ingrātum fuifſe intellexe-lro. Diu foelix pro tuarum ouium ſalute uiue, & uale. |

Contents:

- Lamentatio Prima Cum Quatuor vocibus Incipit lamentatio Hieremiæ prophetæ Aleph Quomodo fedet ſola ciuitas
- Lamentatio Secunda A 4. Vau Et egressus eſt a filia
- Lamentatio Tertia Feriæ Quintæ in Cœna Domini A 4. Iod Manum ſuum miſit hostis
- Lamentatio Prima Cum Quinque vocibus Feriæ Sextæ in Parasceve De lamentatione Hieremiæ Prophetæ Het Cogitauit Dominus Discipare murum
- Lamentatio Secunda Cum Quinque vocib Feriæ Sextæ in Parasceue Lamed Matribus ſuis dixerunt
- Lametatio Tertia Cum Quinque vocibus Feriæ Sextæ in Parasceue Aleph Ego vir videns
- Lamentatio Prima Cum Quatuor vocibus Sabbathi Sancti De lamentatione Hiermiæ Prophetæ Het Misericordiæ Domini quia non ſumus
- Lamentatio Secunda A 4. Sabbathi Sancti Quomodo obscuratum eſt aurum
- Oratio Hieremiæ Prophetæ Sabbathi Sancti A 4. Incipit oratio Hieremiæ prophetæ Recordare domine quid acciderit

Part-books:

- CANTVS A-C⁴ 24pp. Dedication. No Index. [2 blank pp. at end]
- TENOR D-F⁴ 24pp. Dedication. No Index. [blank page at end]
- ALTVS G-I⁴ 24pp. Dedication. No Index. G¹ mislabeled E. [2 blank pp. at end]
- BASSVS K-M⁴ 24pp. Dedication. No Index.

Remarks:

Quarto format. Quintus part for pieces A 5 is in Bassus part-book. I-Vnm copy missing the two blank pages at the end of the Altus part-book. Copy consulted: I-Vnm. RISM B4947.